P. Julianus Nacaura principe Japonice stirpe natus, Nangasaki a 18 octobr. ad 21 usque gloriose mortis diem peperdit toto corpore in scrobo inversus. Fuerat hic unus e tribus illorum numero, qui Roma inde missi fuere Legati a Rege Bungi ad celebratissimum illum Gregor. XIII Boncompagnum, Summum Pontificem. Roma redux, in societatem adscriptus est, in eaque relata in censum spiritualium adjutorum. Studiis ac laboribus apprime deditus, totus in Deo erat, in animarum salute quaerenda totus. Cum illi aliquando vires seruumque variae exhaustissent, portari debuit ad succurrendum indigentibus animabus; dum iret damnatus ad mortem, dicebat suis Japonibus; illum se illum Julianum esse, missum olim Romanum et Japonia mitiore: pro illa Romana, et vera fide se nunc vitam depone. Ib., f. 328.

S. Antonius Rubinus Italus animarum ac martyrii desiderio flagrans, agebat quid poterat, ut animas lucraretur. Loquebatur, et scribebat insigni expressione suavissima teneritatis. Ego, scribit, pro Christo mori non mereor; sed ipse dignus est, pro quo omnes moriamur. Si me videre, atque allo-

qui vultis, oculos in crucifixum Christum defigite, ibi me invenietis ad pedes cum Magdalena abjectum, et peccata mea grandia deplorantem. Illis sacris pedibus me totum contradidi: in illis dormio et vivo, illos complector, et dico: Da mihi, Domine Jesu, ut sequar tua vestigia. 21 august. cum sociis appulit Nangasachum anno 1642. Captus una cum illis, cum omnes inferrogarent an velit nuncium Christo remittere, et a Rege honorari? Respondit Rubinus interpres, suo nomine ac snorū, nec se, nec socios, ullo pacto unquam id scelus in animum admissuros: absisteret cum hisce vobis, atque facceret: se ac socios ad Christum prædicandum advenisse, quicquid minaretur Japonia Imperator. Ergo in carcere conditi omnes; post multa, quæ isti perpessi sunt, per tolos septem menses destinatis diebus ingestae in os maxima copia, et mox acerbissima cum violentia e corpore expresse aque tormento sepius excrucianti, tandem 17 martii anni 1643 palam circumvecti sunt cum adscripta causa supplici: « Quod Christi fidem prædicatum venissent contra edictum Imperatoris. » In scrobo capite demissi, sublati in altum, alligatisque pedibus peperdere suspensi: et 22 Mart. primus P. Rubinus decessit vivere, sociis in dies proximos eamdem fortissimæ mortis gloriam prosecutis. Ib., f. 413.

Genus XI Martyrii, lapidibus occisorum.

In Salsetti ad Goam duo e Societate Patres lapidibus obrupi sunt ab ethniciis, et interfeci: quorum nomina nobis ignota in libro vita sunt, ut speramus: uti et duorum coadjutorum anonymorum in Brasilia in odium fidei perempti. Ib., f. 390.

P. Brunnus a S. Cruce Italus ab Alexandrinis schismaticis Romaniae fidei perinfensis magna perpessus, et ad mortem damnatus, ipso, quo in odium Orthodoxæ fidei suspendi debebat die, P. Ludovico Caldeiræ ad genua supplex advolutus, enixe petiti fumi suo, et sibi benedicti: et suspensus, lapidibus est oppetrius. Ib., f. 131.

P. Apollinaris Almeida Episcopus Nicænus, P. Hiacynthus Franciscus Italus, P. Francis-cus Rodriguez inter expiandum Catholicos, a schismatis deprehensi, accusati, canum instar tractati, in exilium destinati, e singu-

MARTYRIUM.

lis arboribus singuli suspensi, et semivivi lapidati sunt. Cadavera belluis objecta, sed illæ ea innoxia dimiserunt. Ib., f. 178.

Genus XII Martyrii, Crucifixorum.

BB. Paulus Miki, Joannes de Goto scholastici, et Jacobus Gisai Japones in Societatem recepti, ac Ozace brevi, una cum Paulo custodia circumscripti, cum latam in se crucis sentientiam accepissent, laeti exclamavere: « Benedictus sit Dominus noster Jesus, qui nos elegit et tot aliis ad commoriendam sibi in sancta cruce. » Jumentis impositi, et alligati, 37 dierum itineri per summum frigus Nangasachum perducti sunt, et in crucem sublati; tum coorta Christianorum circum in genua abjectorum complorantes, barbarorum admiratione, Jesus Maria conclamatum est, cum martyrum latera configerentur bastis, a latere altero per cor ad latus penetrantibus; Japoniæ hinc alio per sinistrum, inde alio in dextrum latus Martyris statu cum impetu adiungente. Ib., f. 37.

P. Alphonso de Castro Lusitanus in Maura regione a Mahometanis nudatus, et navigio crucifixi instar alligatus, postea ad trancum vincetus, verberibus laceratus, subdio cœli injuriis, ac infestis bestiolarum aculeis toto corpore expositus, promissis et crebris et grandibus ad Mahometi perfidium invitatus, cum fortissime id negaret, iterum cruciatus, per octo dies inedia miserabiliter vexatus, atque ad fidem deferendam iterum multifariam per dulcia et acerba invitamenta tentatus, admirabilis semper sibi compotis animi exequitate, constanza, hilaritate, capti sentientiam et mortem ipsam ore blando ac orans accepit. Araldus ait, eum sanctæ Andreæ instar crucis alligatum, nudum soli, ac muscis expostum. Deinde sub costis securi saucio additi alii duo ictus. Ib., f. 46.

P. Joannes de Castillo Hispanus, dum diuino officio recitando intendit, fustibus verberatus, jaculis confixus, ensis tribus vulneribus sauciis, nudus per aspera, per aquas fune raptatus, orabat Deum latine; ac veru-nculo idiomate ingeninabat identidem: « Turpare, id est, sint haec Dei amore. » Expansis deinde in crucem brachiis, arbori alligatus, percussus duobus saxis caput, ab illis interemptus est. Cadaver a tigridibus intactum, flammis abolitum. Ib., f. 357.

Genus XIII Martyrii, lancea, vel hasta transfixorum.

P. Franciscus Paliola Italus, cum apostamat quendam sanctæ fidei reddere niteretur illum ad sicariorum turba stipatum adventare certior factus, ad supremæ luctationis gloriam in genua sese supplex composuit, et Marianum rosarium pro moriendo tessera manu arripuit, victimas in modum supremæ expectans. Ita mortem appetienti sicarii late cultro, sen gladiolo, ictum primum in maximam late, atque alte ad extrema usque colli adegere, Franciscus Jesum et Mariam dixit; et vulnere verso lancea, et aliis truculentis mortis instrumentis per transversaria vulnera transverberatus, preciosam animam ita reddidit, ut optarat, Deo. Ib., f. 19.

P. Gaspar Paes Lusitanus, cum in festo S. Marci Catholice instruendis intentus esset Dynasta quispiam cum 450 lanceariis irruit, quorum furore Gaspar occubuit, lanceis, hastilibusque confosus. Ipsi hostes obstupere, idque diserte postea testifi sunt. P. Gaspari sanguinem et vulneribus manantem non decidisse in terram, sed in colum, seu in aeren evanuisse. Ib., f. 139.

S. Vincentius Damiani Italus apud Jubigenes et Bacerenses barbaros heroe digna gessit profide, et passus est, usquedum in Crucifixi amplexu (pro quo, et cui animam devovebat) lancea confixus, vite finem implavit: et eam, quam ab infantia incorruptam ab omni graviore noxa servata innocuiam, devota puri sanguinis purpura cunatam, nobilitavit; religiosorum juxta, et secularium ore dictus magnus *Evangelii* index, et ipsa morte assertor. Ib., f. 342.

P. Ferdinandus de Tova Indus apud Tepeguanos dum pro re Christiana satageret, contra illum, et socios, ac Religionem denique Christianam, barbaros illos concitatit homo veneficus: cuius verbi efficacitatem addidit aspectabilis palam dæmon, tristitia illis minatus omnia, ni venefico illi parent. Ergo P. Ferdinandus humi profigatus et in pectore lancea confosus est. Ib., f. 232.

P. Bernardus de Cisneros 1603, in novam Hispaniam navigavit, ubi labores, verbera, vulnera plura perpessus est, ob idolum eversum. Indus quidam illum tribus plagiis

pectoris inflicis prostravit: sed Bernardus curatus est; nec auctorem prodidit. Postea lanceas confixus, extremum in capite vulnus acceptit, et obiit. In., f. 358.

P. Antonius Criminalis Italus Brachmannorum cum Bagodis coorta conspiratione pro restituendis idolorum honoribus, jamaque saevitibus in christianos ethnici nullam (qua tamen haud una offerebatur) se in tutum recipendi occasionem arripuit; verum submissis humi genibus, ac oculis manibusque sublatis in colum, corpus et animum ad mortis expectationem apparitionemque compositum. Ista extrema opertens latus sinistrum Saracenus hasta aperuit. Antonius vero irruentes ad spolia diripienda barbaros, in vestibus detrahendis juvit, usque ad subuculam sanguine adhuc calentem illis haud repugnante datam. Tum ad eadem sacram se agebat, ut poterat, quo ibi moreretur; cum secundo vulnero hasta inflito sauciis, in genua iterum se deject, telum et vulnero eduxit, ad tempulum iterato se moliens, ut supremum sanguinem isti Deo aris vicinus offerret. At coorta Bagadurum tumultu, obviam se illis vertit Antonius, et adverso pectori hastam tertianam exceptit, in genua iterum ac preces effusus. Quartum denique vulnus tulit in humero; quo prostratus, quinto vulneri jugulum, et spiritum Deo dedit, e Societate Jesu prima victima in oculum fidei casa. In., fol. 44.

P. Joannes Dominicus Aresius Sardus mortem honestissimam in causa appetit, inter orandum hasta confixus ab Indo, quem reprehenderat, quod se certiore minime reddidisset, matrem de vita periclitari, adeo illam sua negligenter, seu malitia sine Sacramentorum ope de vita migrare scivisset. In., f. 129.

P. Franciscus Riberius Lusitanus Goæ ad Societatem aggregatus Muzambico postea ad Cafres in extrema zona torrida sitos profectus est, missu majorum: et cum rega non parum profecit pro Christi lege predicanda, erigenda cruce, templis excitandis. Ea res Saracenorum pro lege Mahometi contra Christi legem satagendum odia excitat: quare illum ad aras divino Sacrificio intentum, hastis transfixum interemere, hostiam gloriavimus. In., f. 343.

P. Antonius Sociro Lusitanus captus a victoribus barbaris, virus ad eorum bitem adductus est. At ille indignatus est, quod

eum non trucidassent, qui suorum Pagodum (idolorum) hostis esset tam acerbis, tamque infestus ac noxius. Ergo velut signo necis dato, adactis in ejus pectus hastis, cum in genua prolaberetur, atque oraret, perfossus est, et extinctus. In., f. 412.

Genus XIV Martyrii ferro necatorum.

P. Rudolphus Aquaviva Italus ad Salsettas Insulas superiorum missu profectus est: ubi a barbaris gladio sub genibus vulneratus cecidit in genua, et collum ad vulnus, mortemque accipiendo explicit, ac portrix: quo tempore collum illi gladio transfixum est; alio illi humerum vulnerante; alio sagittam ex arcu expediente in pectus. Moriens: « Ignosce, aiebat, illis, Deus meus! S. Xaveri, ora pro me! » Tum ter adiecit: « Jesu, suscipe hanc animam meam. » In., f. 216.

Vincentius Alvarus Lusitanus scholasticus cum feria sexta apud Saracenos Mahometi consecrata senaculo inito diem illum celebri Christiani capituli sacrificio pro pectorali victima cedendo solemnum habere decrevisset; in prora tunc orans delectus est, cuius Christiano capitile religiosus Mahometo persolverentur. Cum se occidendum esse audisset, letus, quod Christiani nomen sibi in mortis obeundâ causam verteretur, Deo se totum, totum Deo in victimam iterum dedicavit, pulchro iterum gaudio delibatus, et religiose gestiens usque ad mortem, ac « Misere mei Deus, » canens. Sub ipso iusto: « Miserere, aiebat, animæ meæ, Jesu bone! » In., f. 444.

P. Mauritius Sergius Lusitanus dum quempiam in prælio saucium confidentem audit, ex Mauris victoribus unus ipsum conspicatus: « Eequid tu istis, Nazareani, impietatis moliris? » per contumeliam indignabundus exclamat: et librato acinace caput illi bipartito dividit. Ipse eodem loci sancto operi immortuus concidit. TANN., f. 483.

Blasius Schelling Germanus coadjutor, cum irrumpente milite Suecio, hereticis S. Sebastiani reliquias, ac thesaurum prodere juberetur, fronte fume contorto consicta arbori alligatus; Jesus Maria, aiebat, thesaurum non scio. Quare funis et caput illi gladio scissum est, cerebrumque dis-

MARTYRIUM.

persum, cadaver firmo contextum. NADASI, fecit, ut stomachum moverit haereticis, atque invidiā. Quare haereticæ cujusdam Jezabelis, feminæ primarie opera, inter conam venenum illi porrectum est; cuius vii remediorum efficacitas infregit, non sustulit. Inde nervi contracti, et apolectus quidam rigor in membris. In., f. 79.

P. Gulielmus Boytonus Hybernius post operam in civium suorum utilitates impigre impensam, in clade Cassellensi (ubi trecentos Hybernos milites Catholicos septem haereticorum millia obruererunt in templo) tunc istic una collectos Catholicos sacramento Pœnitentiae expiabat. Ibi victor haereticus miles dire in canos senes, in feminas, in parvulos codens grassatus est, sanguine late profuso. Maxima saevitæ pars in Sacerdotes incubuit. Illos intercedit felix victima etiam Boytonus, cum haereticis, Sacerdotes potissimum ad necem deposecunt: si hos dederint, militem omnem impune abire permisent. In., f. 230.

P. Franciscus de Mendoza Lusitanus cum in Mindanao Philippianis Insula Mahometanis ad Christum reducendis insudaret, illorum insidiis intercepitus, et per pluram vulnera peremptus est: minatia id antea barbaris, ei, qui ad fidem prædicandam istuc venturum diebatur, se clavas suas in pectus illisuros, et animam elisuros. In., f. 437.

Genus XV Martyrii, veneno necatorum.

P. Joannes Pelletarius Gallus Apamis ab haereticis datus est in vincula; sed a Catholicis exemptus, Tolosamque deductus, ibi demum a glorirosis pro fide susceptis laboribus reuequit, veneno (quod ei ab haereticis clam propinatum affirmant) sensim gliscere in venas, et omnem artis medicina industria superante. In., f. 2.

P. Ludovicus Goveanus Lusitanus Cocini, et Coulani dum parvulorum magister: postea per magna suscepta itinera excelsa animo pro Evangelio multa tulit, fecitque, multis Christo adjunctis; eoque ethnici odio fuit: propinatoque ab iis veneno, ut multi affirmant, enectus est. In., f. 61.

P. Arnaldus Boëcop Belga tentus in itinere ab haereticis, et conjectus in carcere, cum nihil esset, cuius causa pleci posset, porrectum illi venenum est, quod ille haustus ignarus, et illud brevi se prodidit. Coloniæ, eumque miris per quinque menses patientia documentis illustrem lente atque acerba morti addixit. In., f. 63.

P. Joannes Lelesni Ungarus Sigismundo Batori Principis Transylvanæ filio datus est institutor. Pro fide orthodoxa iste tanta

feceit, ut stomachum moverit haereticis, atque invidiā. Quare haereticæ cujusdam Jezabelis, feminæ primarie opera, inter conam venenum illi porrectum est; cuius vii remediorum efficacitas infregit, non sustulit. Inde nervi contracti, et apolectus quidam rigor in membris. In., f. 79.

P. Josephus Furlanettus Italus in Insula Goto laboranti sub Tono tyranno Ecclesiæ clam succurrerit; et veneno a barbaris porrecto quassatus, atroci dolorum vi cruciatus, animæ tandem gloriosum finem suis dolibus atque laboribus inter summa patientia documenta imposuit. In., f. 444.

P. Georgius Carvalhal Lusitanus cum Rudolpho Aquaviva, et sociis, cruentis illis fidei Christianæ heroibus, vectus in Indianum post novitios Goæ laude institutos, in Scimo Japonia insula, regnoque Bungensi, postea Firandi, propagande fidei operam insigniter navavit. Porrectum illi a barbaris venenum, eum dolore capitis acerbo, deinde febre inflammata, mox vomitu cruento, afflxit, et octavo post die morte oppressit. In., f. 449.

P. Franciscus Carrion Hispanus expectantem in Bungi regno matrem Firandi tandem repetit, ubi post egregias de impietate reportatas victorias, permultis Christo lustratis, odia barbarorum in se concivit, et veneno sibi clam ab iis propinato, per triduum cruciatus, multo rejecto sanguine, Ikitzuki in vico ejus insule, vitam immortalem, ut bona spes est, nobilissima obita morte invenit. In., f. 231.

P. Joannes la Gande Gallus in navi Gallicana rem animalium solerter agens, observat noctu, quod veneficus quisquam navi eadem veheretur. Ergo ne pestis illa rectæ fidei moribus, ac saluti reliquorum officaret, apud Magistratum enixe id egit, perfectique ut veneficus pelleretur, quippe et libris, circulis, ac usitatis artis diabolice instrumentis deprehensus. At magus vindictæ cupiditate furens, carmen impium, noxiumque in aures Joannis pronuntiavit, et e navi excessit. Inde concepto, quod magus ei afflarat, veneno, Joannes vel nomine latet occubuit, quod ab exactam et tremebus invasim Deo, noxiā animabus illam pestem in causa tam bona occumberet. In., f. 440.

P. Melchior Consalvius Lusitanus apostolicorum virorum elogio tam bonus ejus vinea operarius fuit, ut verbis consequi per difficile sit. Odore in illo tantum fidei, ac

animarum studium timidi juxta et rabidi idolorum cultores; quare ne porro Christianas Religionis fines latius, ut continuatis laboribus faciebat, extenderet, veneno propinato mortem illi acceleravere, P. Caspar Barzens illac iter tunc habens adiut moventi. In. f. 307.

Genus XVI Martyrii, carceris ærumnis confectorum.

Ambrosius Fernandez coadjutor Lusitanus in carcere Omurano per annum et vinti duos dies tolerato, tandem frigore, fame, paralysi, aliisque ærumnis consumptum mors hodie occupavit. P. Carolus Spinola ærumnarum socius, ac laudator de illius capillis decerpitus quidam lipsantheæ sue ad privatam venerationem inclusit: et omnes qui una cum eo in carcere luculentæ in igne mortis gloriam operiebantur, de socio in celestem libertatem sicca morte asserto læli, et collachrymantæ, præente religioso quoipiam viro, «Laudato Dominum omnes gentes,» pro gratiarum actione cecinere. In., f. 7.

Cubertus Priscottus Anglus coadjutor captus ab Anglis, cum Sacerdos non esset, ad furcam damnatus non est, sed in carcere perpetuum Londini conditus, eo quod e solemnî formula illud iusjurandum fidelitatis (ut vocant hæretici) præstare nollet, quod integra Sedis Apostolice ac fidei Catholice auctoritate Catholicus nemo potest. In carcere in omnes beneficis, eoque charus omnibus fuit, donec annorum plurimum, quibus ibi attinebatur, ærumnæ illum sensim attrivere, ac morte optata consumpsere. In., f. 54.

P. Martinus Guttierus Hispanus captus ab hæreticis, percussus, illusus, et in carcere ærumnis confectus est, etiam sacræ reliquiæ, et sacra supellecile ab hæreticis indigne tractata, quod dicent: «Hispanum Regem, et inquisitionem in seatariorum necem semper esse intentos,» idque habuit, quod olim petenti B. Virgo annuerat, ut sine ullo humano solatio moreretur. Adhuc ex mortuo Matrona spectabilis, qua cadaver nitide compositus, et videri desiit. S. Teresia datis ad P. Hispanum Assistentem Romanam litteris affirmavit, sibi illum a Deo in Martyrum choro ostensem. In., f. 65.

Franciscus Martinez Sina scholasticus

semel, iterumque dire verberatus, in ipso carceris, in quem reducebatur, vestibulo vi dolorum prostratus, innocentem animam fortiter expiravit, ipsa Christi morientis hora, ut perhibent, et cum ipsis manicis, atque compedibus, ita ut vincitus erat, sepultus est. In., f. 124.

P. Joannes Baptista Baeza Hispanus furenti Daisi persecutione, qua acerrimis per anni spatiū morbi doloribus, qua paralysi prostratus, cista, seu arca inclusi debuit, et in exilium deportari; cum ne sic ægrotu quidem quies concederetur, Nangasachi in carcere ærumnis extinxi ejus corpus quatinus est flammis a barbaris abolendum.

P. Thomas Methamus Anglus vir ob fidem orthodoxam assertam Elisabetæ Regina invitus, eoque carceri manipatus, Londinense turrim per quatuor annos incoluit. Inde in alios ex alis carceres deportatus, denum inter paludes in Visebensi ergastulo per annos plures ea passus est, que procaces hæreticorum lingue, ac immortale in orthodoxum nomen odium suggerebat. Ita vitam per annos 47, in carceribus ærumnosa longa morte clausit, cruentam semper desiderans, et expectans. In., f. 287.

P. Matthæus Grimes Anglus in suspicione, quod Sacerdos catholicus esset, vocatus, per plures menses in custodia tentus, ibi ærumnis ac sita consumptus est, letus quidem, quod in causa tam nobili, sed ad cruentam eadem de causa mortem desiderio toto impense anhelans. In., f. 439.

Genus XVII Martyrii, variis crudelibusque tormentis enectorum.

Crudelissimum fuit tormentum, quo Trajectenses hæretici aliquot a nostris excrucierunt, cuius hic fuit modus: reus ad pendulum usque nuditatem exulus, sedere cogitur in humili scabello. Illud autem ferrea crux decussata, instar cultri acuta, supra quam Patri insident manus pedesque per digitorum extrema retro post tergum colligantur, quibus injicuntur manicæ compedesque aquiles ad intra obversi præarmatae, ut omni ex parte, si ad evitandum dolorem commoveantur, atrociter compungant. Collare præterea triplici acutarium cuspidum ordine interne rigens et quatuor angulis funibus dependet, quod torquendo collo circumdataum, nulla in parte sine foeda

laceratione caput, aut corpus pauperit, sed erectum semper considere, ut sequibili undique ustulatione torreatur, adigit. Nam lueulentus ignis circum accensus, ita corpus universum ustulat, ut flammarum vi tumefacta pelvis, primum in pustulas, mox immani cruciata in hiatus divellatur, intra quos carnifex acetum sale, pyrolio mixtum pulvere immittunt. Primus dirissimum tormentum Philippus Nottin, semel per horas denas, iterum deinde quaternas, tanto cruciata, ut caro passim adusta ad pugni altitudinem ebullierit. In quo nullum omnino verbum prolocutus, nullo ejulatu dolorem testatus ad rabiem scilicet adversarios concitat. Ex quibus centurio ictum pede tan validum dorso ejus impegit, ut spina dorsi pene confracta, column undique aculeato circeno fodum in modum dilacerari, cuncto addito: *loquere, canis mute.* Secundo loco tortus est P. Gerardus Paesman 27 martii per horas itidem denas, et post biduum per senas, cui in tormento præter costam unam diruptam, column indique perferebratum, mammilla insuper una feedaduta, et coxendicis pars ita laniata est, ut exscindiri penitus, sicut et pars quedam et secretioribus membris debuerit. Ultimo reliquis dirius excruciatus est P. Boddens tres continenter et viginti horas; et iterum aliquanto post per quatuor, nam diutius vita superstite non potuit. Umbilicus illi vi flammarum elicitus, intestinum in secretioribus expressum, genua diffissa, sinistra manus torrefacta, pars ventris inferna semipedali plaga dirupta, corpus totum laceratum, fractum, et inutile penitus redditum, ut numquam deinde peribis consistere posset; octiduum nequam supervicturus, nisi gangrenam partes illas jam invadente, tempestivo supplicio intra quintam diem prævertisset. Ceterum nihil aliud in tam barbara laniena extorqueri ab innocentibus potuit, quam nihil se unquam de prædictione ejus urbis habuisse consilii, neque conscientiae. Quo non obstante, producti sunt tamen in judicium, et suppicio capitis, tamquam rei Majestatis, damnati. Antecedit reliquos denuo Philippos, qui in ferali pugnate constitutus, dum plena falsarum criminationum sententia mortis prælegeretur, imperterritus tota capitio renunti causa inflatus est: «Non est, inquit, ita; istud est mendacium, illud mihi afflictum est; haec non dixi.» Constanterque se unius catholicæ fidei odio interfici

protestatus, inter illa verba: «In manus tuas, Domine, commando spiritum meum,» ieiunum carnificis, et mortem exceptit 14 juli anno 1638, ætatis 39. Caput confixum palo, sublime in monibus expositum est, corpus sub patibulo humatum. Sexto post die secutus hunc est 20 juli P. Gerardus, Wesalie ad Rhenum natus, qui prætensum conjurationis crimen pari ad extremum constitutus, capite uti prior immunitus est, anno ætatis 50. Corpus una cum capite collegio illatum, inque templo honorifice conditum est. Eodem die una post priorem hora, elatus est a quatuor hajulis gestatoria sella (nam vitormentorum fractus, ingredi persese non potuit) in theatrum P. Rector, ingenti totius urbis ejulatu et comploratione, præsertim ubi viderunt supremam ejus petitionem, qua manus vinclis eximi postularerat, crudeliter rejici. Collocatus in medio theatri prælectant mortis sententiam multiplici renunti falsitatis coarguit: «Ad quid ista leguntur, inquieti, quæ de verbo ad verbum falsa et commentitia sunt? sed quando vobis sic collubit agite porro, ac pergitte.» Tum ne prius quam ea, quæ constituerat, ad populum fuisse efflat, a carnifice cederetur, eum ante se stare voluit, ac subinde præmissæ totius populi salutatione innocentem se, penitusque conspirationis ignarus, solius religionis causa occidi, multis argumentis contestatus est. Post quem munus suum exequi carnificem sinens, altaque voce in manus Domini spiritum commendans, gladio ictus vitam gloriosa morte consummavit, anno ætatis 42. TANN. f. 111.

P. Isaac Joques Gallus post evulsum unguis, et premoros duos digitos, aliaque innumerabilia tormenta (quaæ fidem hominum superant) ab Hiroquacis tolerata: primo quidem liber dimisssus, sed ubi denovo rediit, ferrata clava cesus, et capite dimicatus est. In., f. 326.

P. Joannes de Brebeuf, et Gabriel Lallement Galli irruentibus in Hurones Christianos Iroquois, fugam oblatam non admisit, una cum P. Gabriele Lallement, ne oves suas desererent. Dum inter Christianos ac barbaros ethnicos ardenter prælium, hi duo animas expiabant, alter baptismi alter penitentiae Sacramento: capitis ergo atque munitus Joanni et Gabrieli evulsi sunt unguis aliquot, et inficta fuditibus verbera per singulas corporis partes, P. Joanne ad Christianos ita dicente: «Filii, dum patimur

sursum in colum oculos elevamus. Videt hec remunerator Deus. Moriamur fortes in fide. Gloria erit æterna. » Tum illi præcise manus, os contusum lapidibus, lingua adusta. Utrique sub alas, et ad renes, ad igne candentes secures admotæ; ignis e collo appensa collaria, e quibus candentes secures pendebant; adjectum cingulum accensum e pice et resinatis cornicibus; Joanne interea fortissimo silentio stante inter flammas immoto, velut in extasi. Tum loqui coelesta, quia poterat, incipienti os obseptum circulo, labra concerpta, truncatus nasus. In baptismo opprobrium, et imitamentum, utrora aqua bulliente perfusus totus, objectantibus barbaris debet sic eos baptizari, qui aiunt, quod sine baptismo nulla sit salus. Antequam ferali pale alligarentur, palum uterque amplexus est, et osculatus. Mox Joanni detracta superior pelvis e vertice capitis, amputati pedes, caro e coxis ad ossa usque avulsa; mandibula securi diffissa, ferro usta plaga, utriusque dissecatum generosus pectus, evulsum cor nobile, atque a barbaris devoratum. NADAS., f. 39.

P. Antonius Iscida Japon ad sectam Japonicam identem invitus frustra secum agi aiebat: Christi se esse, ac fore; agerent, cruciarent, occiderent. Ad minas respondebat, se ultra minas supplicia etiam expectare, ac velle se cum illis certare, utra pars prius, illine ponas irrogando, an ipse irrogatas ferendo deficeret. Alios ex aliis cruciatus in hebdomadas, menses, annos accercent, et mortem tantum extenderent: hoc se in causa Christi cupere, hoc expectare, ut sentiat se mori. Nec fortius dixit, quam fecit. Anno 1631, 4 decemb., aquis sulphureis varie cruciatus, suspenderetur, juncaturis undeque vi dira extensis, et scapulis aqua bulliente perfusis. Quo rerum articulo, cum illum sui cives iterum ad defectionem lassesserent, atque ut imperatoria voluntati obedienter annuerent, sequeretur vere Japonem esse ostenderent, invitarent; his nihil motus, et (quod omnes stupuerunt) ab aqua nihil adustus est. Haec per dies tringita, novis et semper variis saeviæ artibus tortus, iterum carceri redditus, denum hie de lento igne combustus, victima gloria. Ib., f. 27.

P. Stephanus Pangraz Ungarus coorto tumultu hostibus obvius et conclavi progressus rostrata clava ferrea (bozogany vulgo dicta) valido iecu in pectora percussus, prostratus

est. Mox illi caput fune circumactum, tanta que vi compressum, ut mortuus credereatur. Tota illa nox in cruciatis diris acta, tenerimis quibusque corporis partibus intra bombardarum rotas contortis. Crucifixus etiam est singulis digitis, gallo sclop, ut vocant, subjectis et pressis, cum aures negaret prominentibus libertatem atque honores, si verculo vel edito ad Calvinii partes transiret. Iterum id, iterumque contentissimo studio cum negaret Stephanus, dixerat illi, se vero cum ad id tormentorum vi compulsiros. Mox illi ustulatum latus, usque dum propè esset examinatis. Ib., f. 263.

MATRIMONIUM.

QUOD ESSENTIAM.

DEFINITIO. — Est legitima viri fœminæque conjunctio, ad consuetudinem vita individualium inter ipsos conjuges transigendam, divinitus instituta. Dicitur est Matrimonium, quasi Matris munium, id est, officium, ut ait S. Thomas, vocaturque a Matre potius, quam Patre, quia Mater principaliter facta est ad generandos et educandos liberos, estque circa illos magis officiosa. Vocatur etiam *Conjugium*, de quo sic S. Ambrosius: « Cum initiatur conjugium, tunc conjugii nomen asciscitur; non enim defloratio virginitatis facit conjugium, sed pactio conjugialis. Denique cum jungitur puerilla, conjugium est, non cum virili admitione cognoscitur. »

DISIVIO. — Dividitur ab aliquibus in *Civile* et *Ecclesiasticum seu Sacramentale*; illud est, quod per solum contractum civilem perfectur; quale est ethnicorum et Iudeorum Matrimonium; hoc est, quod per contractum habentem rationem Sacramenti contrahitur. Utrumque subdividitur in *ratum et consumatum*; prius est, quod valide quidem contractum est, sed nondum per copulam carnalem consummatum; posterior est, quod consensus mutuo per copulam confirmato perfectum est. BUSEUS, *de Stat. Mat.*, c. 1.

CREMONIALE. — Quatuor sunt genera ceremoniarum, in Matrimonio adhiberi solitarum. Primum est *interrogationem præviaum*: quales juxta Marchiantum sunt: an

castitatis votum non emiserint? an alteri fidem non dederint? an parentum consensus adsit? luc etiam trinæ denunciations publicæ referri possunt, quibus quasi queruntur presentes, an nullum impedimentum sciunt. MARCH., in *Cand. myst. lect.* V, tr. viii.

Secundum genus est *Ceremoniarum* in ipso contractu Matrimonii adhiberi solitarum; quales sunt dextrarum contrahentium colligatio cum stola in symbolum fidelitatis et vinculi insolubilis: annuli in spose dignum insertio, ut hoc pignore sacro, mutua dilectionis sic corda jungantur, ut nullus amor extraneo, accessus detur, nullusque odio locus.

Tertium est *Benedictio Sacerdotalis*, quam Sacerdos novis sponsis impertiri solet, Ps. lxxvii: Beati omnes, qui timent Dominum, etc. eum in finem recitato.

Quartum est *Convivium nuptiale*: quod jam olim etiam usitatum fuisse, passim S. Scriptura testatur; et causam illius Athenaeus his verbis assignat: Moribus et legibus scitum est, ut in nuptiis epulum fiat, tum nuptiales deos ut veneremur: ut pro testimonio id sit convivis, quod nuptis placeant sue nuptiae. ATHEN., lib. v.

EX S. SCRIPTURA.

QUALITAS. — Domus et dvitiae dantur a parentibus: a Domino autem proprie uxori prudens. PROV. XIX, 14.

Volo juniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia. I TIM. V, 14.

Accipiens Virginem cum timore Dei, amore filiorum magis, quam libidinis ductus, ut in semine Abraham benedictionem consequaris. TOB. VI, 22.

Unusquisque uxorem suam, sicut seipsum diligat: uxor autem timeat virum suum. EPI. III, 33.

Viri diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam. Mulieres viris subditæ sint sicut Domino, quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesie. IS. 23 et 21.

Qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum a se, et e sua mente excludant, et sua libidini ita vacent, sicut equus et milius, quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos. TOB. VI, 17.

NECESSITAS. — Propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat, et unaque que suum virum habeat. I COR. VII, 2.

Quod si non continent se, nubant. Melius enim est nubere, quam uir. Ib., 2.

UTILITAS. — Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim suam carnem odio habuit, sed nutrit et fovet eam, sicut et Christus Ecclesiam. EPH. V, 28.

Unde scis mulier, si virum salvum facies? aut unde scis vir, si mulierem salvam facies? I COR. VII, 16.

INSOLUBILITAS. — Propter hoc dimittet homo patrem suum, et matrem suam, et adhæbit uxori suæ, et erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separat. MATT. XIX, 4.

Omnis qui dimittit uxorem suam, aut alteram ducit, mochatur: et qui dimissam a viro ducit, mochatur. LUC. XVI, 18.

Quae sub viro est mulier, vivente viro aliquata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri. Igmar vivente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro, si autem mortuus fuerit vir eius, libera est a lege viri: ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro. ROM. VII, 2.

Ils autem, qui Matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere: quod si discesserit, maneras innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir uxorem suam non dimittat. I COR. VII, 10.

DIGNITAS. — Honorable connubium in omnibus, et thorus immaculatus est; fornicatores enim et adulteros judicabit Deus. HER. XI, 4.

In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo et hominibus. Concordia fratrum, et amor proximorum, et vir et mulier bene sibi consentientes. ECCL. XXV, 4.

EX SS. PATRIBUS.

QUALITAS. — Multi facilius se abstinent, ut non utantur nuptiis, quam temperanter et bene utantur. Ego vero facilius non utar nuptiis, quibus usus est Abraham, quam sic utar nuptiis, quemadmodum usus est Abraham. S. AUG., *de Bono Conj.*

Propterea permisum fuit Matrimonium, ne ultra proprios terminos progredieris. Vide